agnum est non gravatim esse facturam, certo pollicetur
Pertinebit autem hoc S. vra ad perpetuo sibi devin-
ciendum Ser^s. Regem, et Principem meum, qui quoad vita
sibi suppeditaverit, semper est in fide S. vrae, potesta-
teq; futurus, atq; in his omnibus quae ad tranquillandam
Ecclesiam, rationesq; eos in tuto collocandas, et Sanctae Se-
dis huius autoritatem tuendam pertinere putaverit, ni-
hil in se studij, laboris, et diligentiae requiri patietur.

Literae passus Ducis Moscho-
uiae contra Regem Poloniae.

Nos maximus Imperator, magnusq; Dux Mosch-
oviae et omnibus et singulis, cuiuscunq; conditionis, tam
Ecclesiasticis, quam Politicis notum volumus; quod nobis
patentes quaedam literae Regis Poloniae exhibitae obla-
tae fuerint, in quibus omnes nram dignitatem
atq; Christianam nostram Apostolicam, antiquissi-
mamq; communem doctrinam, et fidem tanquam a
vera Ecclesia longissime alienam, et Ethnicam, nec-
non Imperatorem Ethnicum toti Christianorum orbi ho-
stiliter insidiantem injuriose, summaq; inconstantia et
veritatis dispendio proclamavit, atq; certos quosdam
Pyratas qui nobis, nostroq; Imperio damno inferrent, sub
hoc falsissimo praetextu adornavit constituitq;. Propter-
ea multi innocentes mercatores ex plurimis Regum
Principumq; ditionibus in has nostras Regiones

mercaturae